

Aduerſencias papa

ſale Fratribus dediffe licentiam ad exer-
cendum, & obtinendum Parochi officium,
interim ꝓ Regiꝛ & Catholice Mageſtati a-
liud viſſum non fuerit. Alique vero Prouin-
cia Fratrum Minorum, hanc curam penitus
renuerunt, qui videant, & notent ea que ſu-
pra diximus, verbo, Baptizare. §. 30. 31.

¶ Docet quinto Pater Magiſter à Veracru-
ce dignum eſſe conſideratione, ꝓ cum in Ca-
pitulo Prouinciali Diffinitorium eligere de-
beat Guardianos, & Priores: ſemper oportet
eligere digniore, [ſub mortali peccato:] ſicut
docet ſanctus Thomas. 2. 2. q. 63. art. 1. & q.
185. & Quod libeto. 6. q. 9. Et licet non di-
cat expreſſe, mortaliter: ſic intelligit Soto.
lib. 3. de Iuſtitia & Iure. q. 6. art. 2. & Caieta-
nus in Summa, verb. Beneficium. De quo
egregie Nauarro in ſuo de Oratione Latino
Miscellaneo. 43. & putat verum non ſo-
lum vbi Cura animarum eſt, ſed etiam in
ſimplici Beneficio, cōtra Soto & Caietanum,
qui ſolum id volūt vbi cura Animarum eſt.
Ob id aduertant Diffinitores & Prouin-
ciales, vt in Ordine omnia fiant ordina-
tè ſecluſa humana affectione, & paſſione.

¶ Sexto